



**Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones ab Alexandro VIII. Innocentio XII. & Clemente  
XI. editas

**Luxemburgi, 1739**

XLIII. De Privilegiis Provincialium adsumtorum Eremit. S. August. Discalc.  
Congr. Hispan. & Indiarum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74715](#)

Damnatio,  
& prohibicio  
præd.

nentia propositiones falsas, temerarias, calumniosas, in praxi perniciose, Ecclesiæ injuriosas, ac jurisdictionis, & libertatis Ecclesiasticae laevias, similiter damanda, & prohibenda esse censuerunt. Auditis itaque corundem Cardinalium, Magistrorum, & Doctorum sententiis, creditum nobis a Domino pastoralis curæ, atque vigilantia munus, quantum nobis ex alto conceditur, salubriter exerci cupientes de ipso-rum Cardinalium consilio, Folia supradicta auctoritate Apostolica tenore præsentium damnamus pariter, & reprobamus, ac legi, & retinieri prohibemus, illorumque imprecisionem, descriptionem, lectionem, retentionem, & usum omnibus, & singulis Christifidelibus, etiam specifica & individua mentione, & expressione dignis, sub pena excommunicationis per contrafacientes ipso facto abfque alia declaratione incurrenda, a qua nemo a quoquam, praterquam a Nobis, seu Romano Pontifice pro tempore existente, nisi in mortis articulo constitutus, abolitionis beneficium valeat obtinere, omnino interdicimus.

Mandatum  
tradendi dd.  
folia, & ex-  
ecutioni man-  
dandi Breve  
ed. 22. Sep-  
tem.

**S. 1.** Volentes, & eadem auctoritate mandantes, ut quicumque Folia hujusmodi penes se habuerint, illa statim atque præsentes literæ eis innotuerint, locorum Ordinariis, vel heretica pravitatis Inquisitoribus tradere, atque confignare teneantur. Præterea eadem Folia, necnon appellationem, arrestum, aliaque in eis contenta quæcumque nemini suffragari posse, ad effectum expediendi, declinandi, seu etiam suspendendi executionem præfatarum nostrarum literarum, quæ juxta earum formam, & tenorem servari omnino debeant, auctoritate, & tenore prædictis decernimus, & declaramus.

**S. 2.** Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contraria quibuscumque.

**S. 3.** Ut autem exdem præsentes literæ ad omnium notitiam facilius perveniant, nec quisquam illarum ignorantiam allegare possit, volumus, & auctoritate præfata similiter decernimus, ut illæ ad valvas Basiliæ Principis Apostolorum, ac Cancellariæ Apostolice, necnon Curiae generalis in Monte Citorio, & in acie Campi Flora de Urbe per aliquem ex Cursoribus nostris, ut moris est, publicentur, illarumque exempla, ibidem affixa relinquantur, & sic publicatae omnes, & singulos, quos concernunt, perinde afficeret, ac si unicuique illorum personaliter notificate, & intimata fuissent.

**S. 4.** Utque ipsarum præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo persona in Ecclesiastica dignitate constituta munitis, eadem prorsus fides tam in iudicio quam extra illud ubique locorum habeatur, quæ eisdem præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostense.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscat. die XI. Febr. MDCCIV. Pontificatus nost. anno Quarto.

XLIII.

Confirmatur Decretum Congregationis Episcoporum, & Regularium, quo declaratur, Provinciales assumptos gaudere omnibus privilegiis Provincialium Absolutorum Eremit. Sancti Augustini Disc. Congreg. Hispan. & Indiarum.

Ex provincialium privilegia concessa fuere Procuratoribus Gen. Insularum Philippinarum ab Inn. XI. Conf. ed. 1677. Dec. 11. Pont. 2. Et Vicariis Provincialibus Ind. Oriental. Prov. Portugallie ab hoc Pontifice Conf. ed. 1706. Feb. 1. Pont. 6.

Ad futuram rei memoriam.

Nuper pro parte dilectorum filiorum Didaci a Sancto Bonaventura Vicarii Generalis, ac Difinitorum Generalium Congregationis Hispania, & Indiarum Fratrum Ordinis Eremitarum Sancti Augustini Discalceatorum nuncupatorum Congregationis Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium, præposita exposito, quod ipsi ad tollendam omnem litis occasionem, quæ in Congregatione Hispania, & Indiarum hujusmodi oriri posset plurimum cupiebant ab eadem Congregatione Cardinalium declarari castum in eorum Constitutionibus omnibus, an Rectores Provinciales, quos propter plures alias causas, quam per obitum Ministerum Provincialium, nempe ob renunciationem, & privationem, ad Provincialatus hujusmodi officium assumi contigisset, absolutis eorum officiis gaudere deberent omnibus, & singulis privilegiis, & exemptionibus, quibus gaudent Provinciales absoluti: Emanavit ab eadem Congregatione Cardinalium Decretum tenoris, qui sequitur videlicet. Sacra Congregatio Eminentissimum, & Reverendissimum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, auditio Patre Procuratore Generali Ordinis, & attentis narratis censuit, ac declaravit, gaudere. Romæ 14. Decembris 1703. -- G. Cardinalis Carpineus - l. F. Grimaldus Secr.

**S. 1.** Cum autem, sicut dicti Exponentes Nobis subinde exponi fecerunt, ipsi Decretum hujusmodi quo firmius subsistat, & servetur exactius Apostolicae confirmationis nostræ patrocinio communiri summopere desiderent: Nos ipsorum Exponentium votis hac in re quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alisque Ecclesiasticae sententiis, censuris, & penis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latissima, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censemtes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præsertum auctoritate Apostolica, tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate memorata Congregationis eorumdem Cardinalium.

**S. 2.** Decernentes easdem præsentes Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari: sive in præmissis per quocumque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam Caifarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si fecis super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

**S. 3.** Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit dicta Congregationis Hispania, & Indiarum, ac Ordinis hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia corroboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, Indulsiis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum

Decretum  
d. Congrega-  
tionis pro  
Provinciali-  
bus assuntis

Preces Vi-  
carii, & Dif-  
finitorum  
Gen.

Constitu-  
tio relati De-  
creti.

Clauß.

inser-

Causa infe-  
quentis De-  
creti.

Dat. 13. Febr.  
1704. An. 4.

ANNO  
1704.

CLEMENS UNDECIMUS.

393 ANNO  
1704.

insertis habentes; illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contraria quibuscumque.

Datum Roma apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XIII. Febr. MDCCIV. Pontificatus nostri anno Quarto.

XLIV.

Confirmatur Decretum Congregationis Rituum de celebrazione Missæ B. M. V. singulis anni Sabbatis pro Min. de Observ. Discal. Provinciae Bæticae.

Inn. XI. Conf. ed. 1686. Sep. 5. P. 10. extat confirmatio Indulgientiarum Ordinibus de Observ. confessarum. Et hujus Pontificis Constitut. ed. 1705. Maij 8. P. 5. conceditur eadem facultas Fratibus Provinciae Mexicanae.

Dat. 13. Febr.  
1704. An. 4.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Decretum  
præd., in quo  
eius causa, &  
facultas cele-  
brandi d. Mis-  
sæ singulis  
Sabbatis, ex-  
ceptis illis  
Palchatis, &  
Pentecostes,  
ac die Nati-  
vitatis.

Manavit nuper a Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalem Sacris Ritibus præpositorum ad supplicationem dilecti filii Balthasaris a Sancto Didaco Fratris expresse professi, ac Procuratoris Provinciae Bæticæ Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia Discalceatorum nuncupatorum Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet. Ordinis Discalceatorum S. Francisci Provinciae Bæticae, sive Hispanæ: Cum in Provincia Bætica Ordo Discalceatorum S. Francisci a principio sua erectionis, prout asserebatur, ob singularia, intercessione Beatissimæ V. Mariæ accepta beneficia in gratitudinis obsequium singulis diebus Sabbati pro Sancta Romana Ecclesiæ exaltatione, ac pro conservatione ipsius Provinciae, non omisla post tertiam conventionali, de ipsa Beatissima Virgine in Aurora Missam celebrare se obstrinxerint, cumque, prout etiam exponebatur, ob multiplicia Ritus duplicitis officia, ad quæ Ordo prædictus tenetur, nunquam, vel raro Missa de Beatissima Virgine valeat celebrare; idcirco a Fratre Balthatore a Sancto Didaco Provinciae Bæticae Discalceatorum S. Francisci Procuratore Sanctissimo Domino Nostro pro concessione Indulenti celebri prædictas Missas de Beatissima Virgine singulis anni Sabbatis in Aurora, & licet festo duplice impeditis, nunquam tamen in iisdem Sabbatis omisla alterius Missæ Conventionalis celebrationi, humiliter supplicatum fuit, supplicique libello eidem Sanctissimo porrecto, a Sanctitate Sua ad sacrorum Rituum Congregationem remiso, eoque ab Eno, & Rmo Domino Cardinali S. Clementis relato Sac. eadem Rituum Congregatio, exceptis die Nativitatis, ac Sabbatis Paschatis, & Pentecostes, pro Discalceatis S. Francisci Provinciae Bæticæ, gratiam juxta petitam benigne indulxit, atque concessit. Die 13. Augusti 1701. Ita reperitur in Registro Decr. Congr. Sacr. Rituum. In quorum fidem &c. hac die 15. Febr. 1704. Loco + Sigilli -- G. Cardinalis Carpineus - B. Inghirami Sac. Rit. Congr. Secretarius.

Proces Pro-  
curatoris  
Provinciae.

S. 1. Cum autem, sicut prædictus Balthasar Nobis subinde exponi fecit, ipse Decretum hujusmodi quo firmus subscripta, & servetur exactius, Apostolica confirmationis nostra patrocinio communiri plurimum desideret: Nos ipsum Balthasarem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliquaque Ecclesiastici sententiis, censuris, & penitentia Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodo liber innodatus existit ad effectum præsentium dumtaxat consequendum ha-

absolventes, & absolutum fore censemtes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliiter porrectis inclinati; Decretum præsertum auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritatē memoratae Congregationis Cardinalium.

S. 2. Decernentes easdem præsentes Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, & fuosque plenarios, & integratos effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit plenissime suffragari: siue in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palati Apostolici Auditores judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane, si fecus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

S. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contraria quibuscumque.

Datum Roma apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die XIII. Februarii MDCCIV. Pontificatus nostri anno Quarto.

Confirmatio  
relati Decre-  
ti.

Clausula.

XLV.

Confirmatur Decretum Congr. Epis., & Regularium de servanda Constitutione Innoc. XI. etiam quoad restrictionem numeri quatuor Prædicatorum Vocalium pro Congregatione Cisterciensi S. Bernardi in Hispaniis.

Laudata Constitutio Inn. XI. ed. fuit an. 1678. Et de Prædicationibus vide Conf. 1701. Febr. 19. P. 1. secundo loco. Et Conf. editam 1720. Maij 29. P. 20.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Dat. 20. Febr.  
1704. An. 4.

Manavit nuper a Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalem negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita Decretum, tenoris, qui sequitur, videlicet. In causa vertente inter Religionem S. Bernardi Ordinis Cisterciensis Reformati Hispaniarum ex una, & Patres Dionysium Ximener, Paulum Freyram, & adhærentes partibus ex altera de, & super observatione Brevis Sa. Mem. Innocentii XI. de anno 1678. expediti pro limitatione numeri Prædicatorum Generali ad quatuor tantum &c. Sacra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum Sanctæ Romanae Ecclesiæ Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita referente Eminentissimo Gabriellio, cœnfiruit, ac decrevit, prædictum Breve Sa. Mem. Innocentii XI. esse obserandum, etiam quoad restrictionem numeri quatuor Prædicatorum vocalium, comprehenso inter ipsos Prædicatore Toletano Roma 2. Junii 1702. - G. Cardinalis Carpineus. I. F. Grimaldus Scr.

S. 1. Cum autem, sicut dilectus filius Joannes Guerrero Procurator Generalis Congregationis Reformatae Monachorum earamdem Hispaniarum Ordinis prædicti Nobis subinde exponi fecit, ipse Decretum hujusmodi, quo firmus subscripta, & servetur exactius, Apostolica confirmationis nostra patrocinio communiri plurimum desideret: Nos ipsum Joannem Procuratorem Generalem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliquaque Ecclesiastici sententiis, censuris, & penitentia Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodo liber innodatus existit ad effectum præsentium dumtaxat consequendum ha-

Decretum  
præd. an.  
1702. Jun. 2.

Præc. Pro-  
curatoris  
Gen.

rum